

facientes bulire qua bene bulita fit inde sal pulcer & albus de quo sale per multas portant contratas. & de ipso gentes ille consequuntur pecuniam infinitam & magnus dominus inde percipit multum redditum & prouentum Nascuntur ibi persica ualde magna que bene ponderant pro singulo duabus libris subtilibus./.

34<sup>r</sup>° **C**iangli est quedam ciuitas in cathay versus meridiem subdita magno can. cuius gentes adorant ydola & pecuniam habent de cartis que ciuitas distat a çianglu per .v. dietas & in istis .v. dietis multe inueniuntur| ciuitates & castra. que sunt subdite magno can. & sunt ciuitates de magnis mercationibus & artibus. Et per medium ciuitatis çiangli quoddam flumen pertransit largum & profundum. per quod feruntur multa mercimonia de syrico de speciebus & alijs multis/

**Q**uando quidem disceditur a ciuitate çiangli itur versus meridiem per sex dietas continuo inueniendo multas ciuitates & castra magni valoris & nobilitatis gentes quarum adorant ydola. comburunt funera & sunt sub *adorant ydola* dominio magno can habent etiam peccuniam de cartis viuunt de mercationibus & artibus habent habundantia[m] omnium uictualium/ set ibi non sunt alia dicenda quare dicemus de tindifu. Tindifu est quedam magna ciuitas que iam fuit regnum *Tindifu magna ciuitas* nobile & magnum. set magnus can ipsum armorum viribus suo dominio subiugauit & tamen nobilior ciuitas que in illis partibus habeatur ibi sunt homines magne mercationis. & habent de syrico quod est mirabile. Item habent in circuitu ciuitatis multa uiridaria cuiuslibet maneriei bonos producencia fructus. Jsta ciuitas Tundinfu sub eius iurisdictione habet .xi ciuitates imperiales. videlicet Nobiles & magnas. Nam ciuitates sunt magnarum mercationum quia habent syricum ultra modum/ magnus can miserat suum baronem nomine lutan sangon ad istam ciuitatem & dedit isti octuaginta milia equitum ad custodiam iste considerans habilitatem dominij fuit proditoria ymaginatione infectus & sic *34<sup>v</sup>°* aloquens| sapientibus fraudulentis suggestionibus subduxit & hoc de consensu & uoluntate omnium & cum magnus can hoc intellexit misit duos barones bene centum milibus equitum sociatos qui subito deuicerunt lutan cum suo exercitu & tunc principales fautores huius facinoris existebant iussit dire mortis suplicio terminare reliquis uero pepercit qui post modum continue fuerunt fideles /cognoscere debetis itaque quod domicela prouincie cathay pre alijs sunt honeste & pudicie decorem seruantes. non equidem coreçant & tripudiant non saltant non seuiunt. non fenestris inherent aspectum transeuntium contemplantes uel eorum aspectum prebentes eisdem. nullis incongruis sermonibus habilem prestant auditum festa & solatia non frequentant & si contingit quod ad aliquem decentem locum accedant sicut forte ad ydolorum templa. consanguineorum & parentum uisitandum hospitia earum matribus pergerent comitate non gentes inhoneste